

In funere domini
con-rectoris magistri
Jacobi Wegelii die Iduum
Decembris M...

1700-1829 81 Cbza 1778 Wegelius



National Library
of Sweden

IN
FUNERE
DOMINI
CON-RECTORIS
MAGISTRI
JACOBI WEGELII

Die Iduum Decembris

MDCCLXXVIII.



WASÆ,

Typis GEORGII WILHELMI LONDICER.

IN
TURRE
DOMINI
CON-RECTORE
MAGISTRI
JACOBI WEGELII

Die 14^{ten} Decembris

1564

GEORGI WILHELMI



Quanta mortales heic preſſi mole malorum
Quis neſcit? morbos quis numeretque graves?
Eſt miſer in cunis infans, miſerabilis æque
Eſt juvenis florens, canus itemque Senex.
Mortibus innumeris, miſerandum ducimus ævum
Corrupti; mœſtos quod premit ah! gemitus.
His libitina vorax dat finem morte ſuprema,
Quæ cunctos ſimili conditione manet,
Tendunt huc omnes, naturæ lege coacti,
Fidens at Chriſto lætus & ultro venit.
Conſcius eſt ſibi nam Fidei, quæ vulnere Jeſu
Sanguineo innitens, huic bene fixa manet.
Hos tu felices, quamplurima vel mala paſſos,
Dixeris; hi gaudent vincla ſoluta fore
Mortis, mortiferique omnis, quæ Chriſtus ademit.
Ne noceant animæ, ne teneantque ſuos.
Sic mala, queis miſeri tranſacto tempore preſſi,
Quum ſublata, redit dulcis utrinque quies.

Sed trahor hinc, animo recolem quo **NOMEN** amandum
WEGELI, quem fatiſ ſuſtulit hiſce Deus:
Suſtulit, heu! ſi fas hæc mœſto dicier auſu,
Mature nimium, flore virente viri.
Grata fuit cunctis ſua converſatio, grata
Fuit itidem gravitas, ac ſine felle fides.
Multa fuit teneram cura in formando juventam
Cuique probos mores imbuat affidue.
Ævo iſthoc animumque gerens curamque virilem;
Hinc facilem Juvenes Te coluere Patrem.
Tranſeat hoc: majora canam: Fuit totus in Uno
Salvantis miſeros ſanguine mundifico.
Huic innixa fides, crevit patientia victrix.
Nonne animam cœlo reddere poſſet ovans!

Talis,

Talis, quem jam lugemus, vir fuit sine fuce;
Nos iuus in vivis dulcis alebat amor.
Hunc lugent Pater & Mater, Fratresque Sorores,
Turbaque amicorum, queis patet integritas.
Discessit: quondam certe meliora speramus:
Ultima namque dies corpora vivificat,
Tandem convenimus læti, comitando JEHOVAM,
Quem celebremus abhinc nos sine fine BONUM.

Siste pedes celeres, lethi memor esto, Viator,
Quo spernas terræ vincula dolosa putris.
Vivere si satagis longum per tempus in auris
Hisce; diu miserum te fore, stulte, cupis.

